



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

LXX. Matthiae Berbingero Ecclesiasticae Caroloburgio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

LXVII.

Albano VVolfhardo IC.

Si summus dolor est, breuis necesse est

Sic, VVOLF HARDE: doloris istud vnum

Solamen solet esse, vel leuamen:

Quod valdè dolet haud, diuque quisquam.

Finem longa dies facit dolendi:

Si mens non facit aqua, vel quieta.

LXIIIX.

E Græco.

Aethiopem quid stulte lauas? quid tempora fallis?

An tenebris noctem posse carere putas?

LXIX.

Ad Benedictum Hungarū

Conc. March. Caroloburgium.

Vita quid est? Spes, et Labor: absq; labore quietē

Quis speret? vitæ meta fit illa nouæ.

Iner spem semper sic viuatur, atque laborem:

Et sic spe socia fallitur ipse labor.

Sic tu non metuis vitæ, BENEDICTE, labores:

Nam claudit dextram spes animosa tuam.

Felix in Domino qui sperat, quiq; laborat

Spontè pius: cunctis affluit ille bonis.

LXX.

C *Matthias*

Matthiæ Berbingero Ec-
clesiastæ Caroloburgio.

*Prudens errorem citò corrigit, atque fatetur:
At nihil imprudens detrahit ipse sibi.*

LXXI.

Ad Io. VVölfgangum ab
Anvveyl EQ. & Conf. VVirteberg.

*Paruo fames, fastidium ferè magno
Constat. fatetur quisque, credit baud quisque
VVOLFGANGE. sed sic res habet. paruo
Natura poscit: ast opinio multum: (quis)
Magnamque copia indigentiam magna
Parit magis, quàm inopia magna. nam verum
Quod Comicus dixit: Profectò contentus
Vt quisque minimo semper hic fuit: vitam
Ita beatam maximè sibi duxit.*

LXXII.

Helfrido Senftio
à Suleburg EQ.

*Qui sanctis pâret subiectus legibus vltro:
Vir bonus, & cuius dicitur esse bonus.*

LXXIII.

Ad Fridericum à Plei-
ningen EQ.